



CAPITIS PRIMI

Argumentum, partitio, analysis.

Premissa epigraphe & salutatione apostolica, Corinthiis de gratia Dei & donis eximiis gratulatur, ac perseverantiam precatur. Tum dissidiis eorum commemoratis ad concordiam eos gravissimis argumentis hortatur, & simplicitatem evangelii humanae sapientiae anteferendam esse docet. Partes capitinis sunt tres.

Chapter I. **R**IMA. *Proœmium*. A continens τὸν ἀπόστολον Ιωάννην & απόγεαφλω, οὐδὲν μὲν cum gratulatione, qua benevolentiam captat, collaudatione ipsorum, & voto suo: usq; ad vers. 10.

SECUNDA. *Propositio* dehortatoria, ne foveant inter se schismata: quæ unde habeat, & qualia sint exponit, v. 10. 11. 12.

TERTIA. *Confirmatio*: cujus argumenta pleraque sunt ab absurdo. I. quia B schismata fovere, sit Christum lacerare in partes. II. quia nullus doctorum pro eis sit crucifixus. III. quia in nullius doctoris nomine sunt baptizati, v. 13. IV. quia nullam eis præbuerit occasio nem nomine suo abutendi ad schismata: neq; baptizando: quia paucos baptizaverit, ver. 14. 15. 16. Neque prædicando: quia evangelizaverit absque ostentatione, v. 17. Cujus rei causas exponit. **P**RIMO ab effectu contrarii: quia ostentatione fa-

pientiae crucem Christi evanesceret, v. 17. *Objectio*: Simplicitate doctrinam crucis reddi contemptibilem. *Resp. distinctione*: reprobis pereuntibus, non autem electis servandis, ver. 18. **S E C U N D O**. A conditione sapientiae mundanæ: quia Deus hanc aversetur & faceſſere jubeat à fidei mysteriis, teste scriptura Jes. 29. 14. & 33. 18. ver. 18. 19. 20. **T E R T I O**. A beneplacito Dei volentis credentes servare per simplicem prædicationem evangelii, quam quidem Judæi & Græci stultitiam reputent: sed falso: cum sit Dei potentia & sapientia quavis humana sapientia & potentia sapientior atque validior, ver. 21. 22. 23. 24. **Q U A R T O**. Ab hujus beneplaciti effectu in ipsis: seu à vocatione ipforum, quæ non sapientibus & potentibus, sed humilibus & infirmis contigerit à Deo: ver. 26. 27. 28. **Q U I N T O**. A fine ultimo: ne quis coram Deo glorietur in se ipso: sed in solo Christo Domino, qui nobis factus est omnia, ver. 29. 30. 31.

C